Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Mane quod hinc non sit clamor in aure dei
Et nova lex dicit quod quilibet est bene dignus
Vir mercede sua teste labore suo
Ergo qui non dat cum tempus postulat aut res
Suscipit ipse sui dampna nociua nimis

Reductio autoris

Reddant in exemplum cunctis viuentibus ista
Brunelli vita non decet auctor ita
Non quod verba sonant sed quicquid mistice signat
Scrutet lector caute quid ipsa velint
Designare tibi potest tunc forte videre
Plura pericula mali iure cauenda sunt
Non sunt namque nulli transcendere magna volentes
Et intuentur ad hoc nocte dieque simul
Qui dum magna petunt et talia cura laborant
Sepe repente ruunt sepeque deficiunt
Contra naturam uel sorte querere quicquam
Nemo potest illud reddere uel facere
Brunello teste qui dum quesiuit inepta
Sed et permansit quod fuit ipse prius
Et felix quem faciunt aliena pericula cautum
Quem faciunt formant et ratione regi
Plurima loqui possem sed nolo scribere plura
Sufficiunt ista carmina tam modica
Deprecor ergo pia prece si quid lector in illis
Inuenerit vitium seu ratione carens
Corrigat ipse pie me commendando marie
Felici nato quod roget omnis homo

Explicit Brunellus

234v